



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

fano Severiano in cineres abiit : (a) nam ortum in domo Canonici incendium omnia montana cum Bruleto corripuit. Creditur milites Friderici succendisse, offensus clericis, qui pro concione Cæsarem Banno Pontificis innodatum continuo traduxerant.

XV.

* MCLXX

VII.

*Bellum inter
Moguntinũ & Land-
graviũ.*

* MCLXXX

* Non suffecit interna calamitas ꝑ quippe Ludovico IV. mortuo filius ejusdem nominis V. successit, & ne degener à majoribus videretur, jura sui patroni in valit, sed irrito successu, nam Christianus Archiepiscopus Præsul non pedum ferre solum assuetus, sed victorem gladium per Europam circumtulera, igitur hostem ita repressit, ut interveniente Cæsare (b) pacem iniret. * Non erat illa diuturnior ipso metu : vix enim in Italia Christianus morbo extinctus, & sibi omnem Thuringiam Landgravius pollicebatur. Revertit illinc ad sedem suam Conradus, (c) à clero & populo humiliter receptus : nec Cæsar restitit pontifici conciliatus. Sed & hoc in adversario virtutem invenit Ludovicus, præterea memoriam acceptarum à parente injuriarum, quas vindicare sublimes natales, nam è Palatino Principe natus, urserunt. Jacta belli alea : cui ut propior esset Conradus, Erfordiam ingreditur. Cives non priore fortunâ territi se suaque pro Domini inco-

(a) MS. Petrense.

(b) Chronicon MStum Erfurtense, & quædam Thuringica.

(c) Vide Serarium in *Conrado & Christiano.*

incolumitate offerunt: cum ergo tutandis
 novis mœnibus sat virium reliquisset, co-
 pias educit, Landgravium, qui comea-
 tum impediēbat, profligaturus. Sed ille
 in arces se receperat, ac cum bellum veli-
 tationibus protraheretur, Cæsar arma de-
 poni, causam suo relinqui iudicio man-
 dat. Mox adest Erfordiæ solenni disquisi-
 tione controversiam finiturus. Iudicium
 in monasterio S. Petri instituitur. (a) * Ci-
 tati ad Cæsarem † comparent Elector &
 Landgravius: ille gravi oratione Frideri-
 cum alloquitur, multis Landgravium ac-
 cusat, pluribus Thuringiam vindicat: Ve-
 nisse in Germaniam exules Galliâ Ludovicos, & has
 in Provincias à Moguntia receptos, quibus excludere
 benefactricem conentur. Non latere Cæsarem quo-
 modo Ottonis Saxonis liberalitate ad Filium Wilhel-
 mum, & Sedem Moguntinam cum Hassiâ Thuringia
 pervenerit, ac cum per Vicedominos regeretur, quod
 Conradi Franconi intercessione precariam Provinciam
 administrationem à Bardone Ludovicus I. obtinuerit.
 Voluisse hunc Præsulem fidelitatem ministri donis ani-
 mare, multisque dirasse feudis, quæ demum hæredes
 in arces verterint, ex quibus nunc Moguntiam impug-
 nent, ac dilatatâ aculeis omni Thuringiâ expellant.
 Nec desperare de successu, postquam Lotharius Socer
 Landgravios fecisset. Nullum tam apertè id egisse,
 quam præsentem Ludovicum, restari id frequentia
 bella, quibus initio Cæsaris obsequium prætenderit,
 sed cum adversus Christianum Cæsaris clientem velum
 hæc aptare non potuerit apparuisse in suis coloribus ha-

*Cæsar arma
 deponi &
 experiri ju-
 re mandat.
 MCLXXX.

IV.

*Cæsar cau-
 sam audit.
 Oratio Mo-
 guntini.*

C 4

bendz

(a) Chronicon Thuringiæ & Erfordiæ hoc anno.

Responsum
Landgravi

Cæsar sententiam differt.

Cæsar's casus & periculum.

(a) MS. Erfurtense & Rivander hoc anno.

bendi libidinem, quæ devastatas provincias, & hunc Imperatori laborem causarit. Rogare se jubere Cæsar dignaretur, ut ab alienis Landgravius abstineret, nec illum Thuringiâ expelleret, à quo in eam receptus. Cumque fundatum jus ex universali donatione Moguntia competeret in provincias, Landgravius si quid præterdere vellet, legibus, non armis disceptaret. Ad hæc † Landgravius: Non culpâ exules, sed vi majori patris opibus expulsos fuisse Ludovicos: quippe Semen ex stirpe Merovingorum Regiâ ducere, illâ Thuringiæ Dominâ. Rediisse ad hanc terram quasi postliminio, ac cum ab ArchiEpiscopo occupatam invenissent, turbare noluisse Præsulem, sed nudo ministerio contentos omnia ad S. Sedis emolumentum gubernasse, hisce servitiis tanta integritate præfuisse, ut Cæsar, & Moguntinus, hic bonis, ille honoribus certatim virtutes remuneraverint, donec tandem Landgraviatus titulum Cæsar contulerit. Hunc esse, quem invidè respiciat Elector, cumq; Vicedominitatum, quo majores ex ordine functi, patri negasset, jam insuper antecessorum beneficia eripere. Interrupit orationem Elector, & cum relata de Merovingis fabulam dixisset, apparatus & bella, non servitium sed dominatum affectare ait, obierint vices Moguntia Ludovici, ministerium fuisse absque injuria revocabile. Hæsit † Cæsar ad narrata partium, & quia pro electore justitia, pro Landgravio favor erat, litem oratione dubiâ distulit potius, quam diremit. (a) Has inter consultationes magnum discrimen Cæsar cum suis incurrit, † etenim pavimentum

me
pro
in c
adh
mo
He
xor
cor
nec
res
diti
por
Fel
difi
He
tint
sibi
tim
ctu
luit
Ret
bul
ris
Feu
den
gra
pro
qua
ran
gen

(a)
(b)

mentum conclavis subdusruit; inferius profunda erat cloaca, quinque Comites in coeno suffocati, Cæsar clathro ferreo adhæsit, usque dum scalis & funibus ad motis eriperetur. * Iisdem in comitiis Hermannus Ludovici Frater Palatinus Saxonie creatur. Dilata(a)lis proximâ veris commoditate iterum in bellum transit, nec unquam Conrado cum Landgraviis res pacata. † Extruunt hi pro firmendis ditionibus arcem Grünenberg, cui opponit ArchiEpiscopus Heiligenberg propè Felsburg. Ne mors quidem Landgravii dissidium abruptit, sed frater ejus & hæres Hermannus cœpto à fratre bello Moguntinum urfit. Cum tandem justo exercitu sibi occurrerent, copiae Moguntinæ † partim cæsæ sunt, partim fugatæ. * (b) Fractus viribus Elector multis renunciare maluit, quam omnia discrimini subicere. Retentâ Erfordiâ † cum adjacentibus, quibusdam prætereà comitatibus & præfecturis, potissima Thuringiæ & Hassiæ vel in Feudum, vel in allodium Landgraviò cedens, pacem iniit. Et tunc primo Landgravii à subjectione Moguntina liberi sunt pronuntiati, nactique exemptionem, quam tanto molimine hætenus intendebant. Conradus curis fessus sacris se diligentius applicuit. * Dichmaro † Petrensis Abbas infulæ privilegiū con-

*MCLXX
XV.

*Continuata
bella inter
Moguntinæ
& Land-
gravium ar-
cesq; adver-
sus invicem
exstructæ.*

*Mogunti-
nus victus.*

*MCLXXX
XII.

Pax iniit.

*MCLXXX
XIV.

*Petrensis
Abbas in-*

*fulæ privi-
legium con-*

sum sequitur.

(a) MS. Erfurtense hoc anno.

(b) Dictum MS. & Chron. Thuringiæ hoc anno.

sum Abbati, (a) quod religiosam in cenobio disciplinam accuratius servasset, infula privilegium à Pontifice impetrat. Pro tanti beneficii memoria Elector cum successoribus in confraternitatem istius religiosi cœtus assumptus est. * Postea (b) monasterium, † quod hodie novi operis vocant, pro monialibus Canonum S. Augustini exstruit, ac moritur.

*MCLXXX
XVIII.
Monasteriū
novi operis
fundatur.

XVI.

*MCC.
Schisma
Moguntinū
inter Sige-
fridum &
Lupoldum.

Erfordia
Lupoldo
adhæret.

Hostilia in-
ter Land-
gravium &
Erfordiā.

(a) MS. Petrense.

(b) MS. Erfurtense.

(c) Capit.: Bonæ memoria 23. x. de Elector.

(d) chronica Rivandri ad annum Christi MCLXXXIX.
Abbas Ursbergensis.

gra
par
hæc
ape
qua
ring
rem
ad C
fore
lipp
vic
fac
eoc
nat
nia
in i
Ve
nei
vin
era
An
Jun
La
inv
Phi
que
lan
cur
fen
tur
ves
exe

(a)
(b)